



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Ecclesia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

tur mala sequentia.

<sup>2</sup> E B R I S T A s non plena, vt cū quis est bene confortatus, & sibi videretur quōd domus mouetur, quādo est voluntaria, non est mortal is, licet si graue percatū, citra tamen morale, quia ratio non obumbratur. Hæc secundū mentem Thom. secunda secundæ q. 150. a. i. & 1. &. Cate. ibi.

<sup>3</sup> Q uia tamen voluntariè inebriatur, mortaliter peccat, sicut qui frequenter, ideo non prima, neque secunda, vel tertia vice est mortale, sed tantum quando sciens, vel volens incurrit, licet doct. dicant, quōd qui frequenter inebriatur peccat mortaliter. Præsumitur enim quōd qui frequenter inebriantur, percipiunt virtutem vini, & sic præsumptiū loquuntur, & non ut vere est.

<sup>4</sup> D A N S operam, vt aliquis inebrietur, sive propter solatum, sive propter aliud, nisi fieret ratione medicinae, cum debitis remedij, ne ex hoc expnatur alicuius peccato mortali, secundum Ar. flor. 2. par. tit. 6. capit. 5. §. 2. mortaliter peccat. c. culpa. de iniur. & dam. da. peccato enim consentire videtur mortali.

S I N Z E R I A N S ob sanitatem cōsequendam, & medicus hoc consulens, cū debitis remedij (vt dictū est), non

peccat mortaliter, secundū Cate. quādo aliter procurari nō potest sanitas: etiā hoc elicit ex Th. secunda secundæ suprā, licet Arc. flor. suprā, & quidam alii, videantur oppositum tenere.

<sup>6</sup> C L E R I C I ebtiosi deponuntur, si sunt in sacris, & moniti non desistat. Si sunt in minoribus priuantur communione, de vita & honestate clericorum. c. à crapula. & cap. clericī. Et miles propter ebrietatem remouetur à militia. l. omne delictum, ff. de militia.

<sup>7</sup> C L E R I C V S non debet bibere vinum sine aqua, & in uno prandio, tamē tria potionē debet esse contētus, sicut mandatur in dict. ca. à crapula. & cap. quando. 43. d. vbi Panor. mouet diuum, an contrafaciens mortaliter peccet: & concluditur, quōd

tantum mandatur temperare se à vi no ne inebriatur, ideo nō peccat mortaliter contrafaciens, nisi propter ebrietatem, vel contemptum, vel si se periculo ebrietatis, verisimiliter exponit.

<sup>8</sup> E B R I V s, cuius ebrietas peccatum non fuit, occidens, vel mutilans, non efficitur irregularis (licet aliqui dicant oppositum) sed quia in clemen. vnicā de hom. excipiuntur furiosi, quōd occidens non incurrit irregularitatem, de qua specie videntur esse ebrij, ideo nō videtur quōd tales incurrit. Hoc sequitur Panor. c. quia diuersitatē concessio. præbend. & Angel etiam quōd ebrietas fuerit peccatum. Richar. in .4. d. 15. & Thom. tenent, quōd incurrit, quando ebrietas fuit peccatum, etiam citra mortale. intrā, Irregularitas §. 6. 7. 8.

<sup>9</sup> G E S T A per ebrium quando nō est cōpos mentis, non tenent, secus quādo non est propriè ebrius, licet si contortus, scit tamen quid agit, quamvis ei per iuris misericordiam succurratur, secundū glos. in c. ex literis. de diuor. nec potest matrimonium contrahere, secundum Veruer. eo quōd non potest consensum liberum rationis habere, secus si rationis viu non omnino careat.

## E C C L E S I A.

<sup>1</sup> E C C L E S I A quā est congregatio solum bonorū, & dicitur catholica, & non habere maculam, neque rugam, quā tempore morris Christi fuit tantum in beata virgine. c. quanvis d. 21. & hēc circa bonos mores & ea quā sunt fidei, non potest errare suprā, Cōcilium. §. 3. & Cate. secunda secundæ q. 1. a. 1. ad 3. dubium.

<sup>2</sup> E C C L E S I A solus Christus fundauit, eius ministerium commisit Petru, & successoribus eius in adiunctionem, & non in destructionem, secundū Tho. 3. libr. de re. prin. c. 1. & quilibet tenetur in harcere ecclesię tanquam regulae infallibili, secundum Tho. secunda secundæ q. 1. & in canonizatione, sanctorum, piē creditur, non errare ibi, suprā, Colere. §. 3.



E C C L E S I A.

3 A L I A est ecclesia materialis, videlicet cathedralis, id est, episcopalis, vel principalis, quæ dicitur matrix, alia est parochialis, id est, baptismalis. c. venerabili de verbis signi. &c. ex transmis- sa de rescrip. quomodo consecratur, & à quo, suprà, Consecratio. §. 1.

4 N E M O ecclesiam ædificare potest, sine licentia Episcopi, qui prius lapi- dem ponit, figit cruces, cæmiteriū de signat, sufficien tem petit dotem, sine qua ecclesia consecrati non potest. c. nemo elect. 1. &c. placuit de condi. d.

1. exceptis ecclesijs mendicantium. Et sufficit pro dote assignare vnum præ- dium, pro vno pari boum, totaliter li- berum. cap. 1. decen.

5 E X E M P T I , in locis non exemptis, non possunt construere oratoria, ec- clesijs, vel capellas, sine dicefanorū licentia, nec in sic constitutis cele- brari facere, vel celebrare tempore in terdicti, in casibus non expressis, a- lias per ordinarium compesci debent & propter hoc, si eorum conseruato- res sententias ferrent contra ordina- rios, non valeret de priuileg. capitul. autoritate. lib. 6 in locis verò exem- ptis, nullus ædificare potest sine licen- tia sedis apostolicæ, in d. capit. autho- ritate. De erectione altaris. suprà, Al- late. §. 2.

6 E C C L E S I A in alieno solo funda- ta, domino fundi sciente, & non con- tradicente, erit omnino libera, & sibi imputetur ar. in can. si seruus. de. §. 4. Si verò dominus ignorauit, Ecclesia remanebit libera, & consecrata, nec ef- ficietur censualis laico, ædificator ta- men tenerit dominum seruare inde- nem, vel etiam episcopus, si ponendo primum lapidem, vel ea m consecratu- do fuit negligens. in dict. can. nemo. & 14. quæst. vltim. cap. comperimus. Quod si ictum erat alterius ecclesiæ, vel collegij, debet ei restituere hoc modo, quod ecclesia consecrata, sit ei subiecta, quo ad ius patronatus. in can. apostolicos. 2. quæst. 1. & 17. quæst. 4. c. q.

7 E C C L E S I A reparatione indiges, si portionem ad fabricam habet, de

ca deber reparati. cano. vnio. 10. quæst. 1. quod si non sufficit, rector & alii in ea beneficiati conferre debent. cap. 1. eod. titul. in quo standum est disposi- tionis maioris partis capituli. capit. fin. de his quæ sunt à mai. par. capi. & vbi est consuetudo, tenentur laici facere expensis proprijs, cum ibi percipient sacramenta & audiant diuinam. c. qui- cunq. 16. q. 7. & possunt compelli seruare talēm consuetudinem. cap. ad apostolicam. de simoni. intellige tamē quando populus non eget. Vide Pa- nor. c. 1. de eccl. edit.

8 E C C L E S I A præcipue consecrata, oratoria, monasteria, & huiusmodi, ad secularem habitationem, vel pro- phanos vſus, non debet reuerti, ca. que semel. 16. quæst. 3. nec hospitalia ad aliū vſum. capit. ad hæc. de reli. do. de lignis tamē, & lapidibus destrucci monasterij. potest dormitorium, vel aliū honestus locus constitui: secun- dum gloss. in d. cap. que semel. suprà, Consecratio. §. 11.

9 O B L A T I O N E S factæ capella, eq- dunt ecclesiæ parochiali, infra quam est sita, secundum Panor. capi. pasto- ratis. de his quæ sunt à præla. Ex hoc infert Anto. de But. ibi, quod oblatio- nes factæ in imagini pietatæ, in muro ali- cuius parochiæ, cedunt ecclesia paro- chiali, quando felicer sunt intuitu ecclesiæ parochialis, aliās non. Et ob- lationes, quæ sunt celebranti in ec- clesiæ alterius, sunt rectorum illius ecclesiæ, nisi sit Episcopus in propria diœcesi, vel archiepiscopus in teta prouincia: secundū eundem Anto. de Butrig. infra, oblatio. §.

10 Q V I C Q V I D fuerit emptū, de pecunij ecclesiæ, est ecclesiæ. c. 1. 12. q. 1. quia statim acquisitum fit ecclesiæ, nec poterit alienari, licet antè potuisset pecuniam, qua emit fundum, alie- nare: intuitu pietatis, siue sit emptū nomine ecclesiæ, siue nomine alieno. capitul. 1. de pecu. cle. Nec differt, an pecuniam ecclesiæ habuerit furtiu- vel ex deposito.

11 E C C L E S I A pro alienis debitis no- potest obligari, nec eius possessiones & qui



& qui obligauerit, erit suspensus ab administratione temporalium, & spiritualium, de solut. cap. 2. hanc tamen sententiam episcopus poterit relaxare: quia Papæ non reseruatur. capitu. nu. per de senten. excommu. hæc tamen pena episcopos non comprehendit. c. quia periculorum. in. 6. de sentent. ex-communi.

<sup>11</sup> N V I L V S propter aliquid ius, quod habet in ecclesia, magnam eius vilitatem impedit potest. c. cum accessissent. de consti. Quomodo de novo usurpantes regalia, vel collectas in ecclesia, sunt excommunicati. infra. Ex-communicatio. 38.

<sup>12</sup> C L E R I C U S recipiens ecclesiam à laico, vel retinens collatam, si monitus non resignauerit, ab officio, & beneficio suspenditur, & deponendus, si contumax perseuerauerit, laicus vero excommunicandus. capitu. præterea. de iure patronat. supra. Beneficium. §. 15.

<sup>13</sup> L E G A T U M factum ecclesiæ con- stituendæ seu monasterio, debet solui cum fructibus medijs temporis secun- dum Panor. in ca. nos quidem. de test. quia textus d. c. dicit, quod debent sol ui sine diminutione. hoc enim est in fauorem ecclesiæ, vel monasterij, quæ si fuissent constructa, ita reliquistent tunc, & non in diem.

<sup>14</sup> E C C L E S I A parochialis non po- test conferri illi, qui. 25. annū nō atrigit & collatio ipso facto nulla est, & tene- tur qui assumitur infra annū fieri sa- cerdos, à tempore commissionis, & adepta pæleffionis, alias est priuatus, & vacat. Tenerit etiam residere, licet in hoc possit episcopus. dispensare ad tempus, ex causa. c. licet canō. deelec. in 6. Episcopus propter studium po- test dispensare, vt non promoueat. supra. Beneficium. §. 84. 85. Si vero taliter assumpsus, non potuit ordinari aliquo adueniente impedimento, sine culpa tamen sua, non incidit in pœ- nam. dict. capit. licet. secundum Ioan. Andr. in regula, imputari. de regul. iur. in 6. in mat. Quomodo dona- tio in infinitū potest fieri ecclesiæ abs.

que insinuatione, suthēt. colum. 2. de non alien. aut permitt. ter. ecclesi. §. si minus.

<sup>15</sup> P O T E S T quis ædificare in re suis, etiam cum alterius monumento, dummodo animo iniuriandi hoc nō faciat, nec peccat, nec tenetur illi de aliquo: quia qui vituit iure suo, nulli iniuriam facit. Si autem animo iniuriandi hoc facit, conueniri potest æ- ctione iniuriatum. vt li. fina. ff. de in- iurijs.

<sup>16</sup> A D I T I C A N S in solo alieno, ordi- nati perficit ædificiū, & efficitur eius, cuius est solum. insit. de te. diu. Intel- lige. si sine licentia, vel scienter, vel non bona fide hoc fecit: qui si bona fide credens in proprio fundo ædificare, in conscientia secundū aliquos domin⁹ fundi tenebitur, vel fundū eidem ven- dere, vel satisfacere pro expensis ædifi- ciij, iuxta arbitriū boni hominis, si ta- men dominus fundi potest hoc facere sine suo damno, alias non credo tene- ri in conscientia.

<sup>17</sup> A D I F I C A N S de reb⁹ ecclesiæ in fundo alieno, habebit ædificium, & fo- lum, tunc enim solum cedit ædificio, vt in cap. apostolicos. 12. quæstione. 2. secundum Ioan. Andr. Ecclesia tamen soluerit premium fundi. supra. Ecclesia. §. sexto.

<sup>18</sup> H A B E N S ius, vel causam in re à do- mino, vt emphentea, feudatarius, & huiusmodi, & ædificans in fundo alieno, in quo tale ius habet, nō perdit æ- dificium, vel expensas, quando ædifi- cium erat eidem necessarium ad am- pliorē vsum, quia dominus ei tene- batur. notat. instru. de ret. diuisio. §. ex diuerso.

<sup>19</sup> A D I F I C A N S in proprio fundo de alieno, suū erit ædificiū. per l. adeo quidem. §. cùm in suo. ff. acqui. re. do- min. Sed si fuerit condemnatus, resti- tuet duplū: in dict. §. ex diuerso. de iu- re vero, æstimationem, & ita etiam in conscientia.

<sup>20</sup> I N T E N D E N S punctioni, si ædifi- cat casam in littore maris, erit sua quā

m 5 dia

